

REVISTA CHILENA DE HISTORIA NATURAL
ORGANO DEL MUSEO DE VALPARAISO

AÑO IV.

JUNIO DE 1900.

NÚM. 6.

ANTHURIA ECUADORENSIA NOVA

SECT. MELASTOMIFOLIA

(*Limbis* coriaceis, integris vel basi cordatis, erectis, e basi v. parum supra basim, praeter nervum medium, nervos laterales utrinque 1-5 mittentibus; hisce cum centrali et inter se per nervulos secundarios, transversos et subparallelos coniunctis; *spadice* erecto, cylindrico, rigido, pro longitudine, plerumque crassiusculo, spatham (per anthesim) aequante, raro superante; bacca (ubi nota) ovata, in stylum elongatum producta.

I. DILUTE VIRIDIA = *A. ovatifolium* Engl

Limbis, *spatha* et *spadice* per anthesin dilute viridibus, nunc sub flavidis vel rubellis, *petiolis* ab latere compressis, antice 1-sulcatis).

1. *Limbis* basi cuneatis v. plus minusve acutis, 5-9- nerviis

1. A. subellipticum; terrestre; *caule* brevi, erecto, crassiusculo *internodiis* brevissimis; *cataphyllis* subcoriaceis, ser dissolvendis lanceolatis, acutis; *petiolis* 10-20 cm. longis, cum geniculo tumido incurvato 1-1½ cm. longo, a latere compressis, antice 1-sulcatis; *limbis* coriaceis, subtus glaucescentibus, nunc subtus sparse nigropunctatis, oblongo ellipticis, basi acutis in geniculum productis, apice breviter subulato-acuminatis, 20-30 cm longis, 8-12 cm latis, pli nerviis; *nervis* omnibus subtus exertis, acutis, 2 infimis tenuioribus circa limbi medium in marginem confluentibus, ipsumque, sursum ambientibus, 2 interioribus crassioribus, margini parallelis, cum centrali in limbi cuspidem apicalem productis, nervosque costae II remotos (cum III tenuibus alternantes) parallelos, erecto patentes excipientibus nervumque collectivum late (10-12 mm.)

intra marginalem constituentibus, *pedunculo* tenui, ancipiti, petio-
lum paulo superante, *spatha* lineari lanceolata, spadice (adhuc
invenculum) tenuem, breviter stipatum parum excedente (Deser
inxta speciem viva).

Crescit in silvis tropicalibus secus fl. Toachi (800 m. s. m.)

2. **A. oblongifolium**; ^{= A. ovatifolium Engl} terrestre, caudice brevi erecto (3. cm.
crasso; *cataphyllis* lanceolatis, 15-18 cm. longis, mature in fibras reso-
lutis, *petiolis* robustis, erectis rigidis, 25-35 cm. longis, 5-7 mm. cra-
ssis, basi breviter vaginatis, alatere compressis, antice (cum geniculo
tumido, 3-5 cm. longo) 1-sulcatis, vivis rubellis punctisque elongatis
conspersis; *limbis* dense coriaceis, dilute viridibus, subtus pallidio-
ribus, ibidemque v. utrinque rufo-punctatis, ambitu oblongo-ellip-
ticis, apice v. utrinque obtusis v. basin versus ⁺ longe cuneato
angustatis, quam petioli plerumque brevioribus, latitudine sua
2-plo-3-plove longioribus, ⁷ *nerviis*; *nervo centrali* utrinque pro-
minulo convexo, lateralibus I et II supra immersis subtus exertis;
2 lateralibus intimis tenuibus, circa limbi medium in marginem
confluentibus, mediis prope apicem, intimis cum centrali in apice
desinentibus, omnibus per nervulos secundarios densos, erecto-pa-
tentes, transversos, subparallelos vicissim coniunctis; *pedunculo*
erecto, obtuse angulato, petiolum superante; *spatha* rubella, her-
baceo-papyracea, late lineari-ligulata, apice abrupte breviterque
acuminata, basi antice aperta et marginibus in petiolum longe decu-
rrente; *stipite* brevi (4-5 mm. longo); *spadice* erecto, cylindrico, per
anthesin rubello, 15-18 cm. longo, 10-12 mm. crasso, fructifero ad
20 cm. longo, 3 cm. crasso roseo-purpurascens; *tepalis* sub anthesi
2 mm. longis aequae ac latis, fructiferis 2-plo 3-plove longioribus;
filamentis late linearibus; *bacca* ovata, maturescendo in stylum
conicum e tepalis longe exertum producta. (D. i sp. viv.)

3. **A. latifolium**; ^{= A. balaocanum Engl} caudice brevi, erecto, crasso; internodiis
brevissimis; *cataphyllis* triangulari lanceolatis, 20 cm longis,
mox in fibras reticulatas resolutis; *petiolis* basi breviter vaginatis
erectis, robustis, 25-30 cm. longis, ab latere leviter compressis,
dorso convexis, antice (cum geniculo tumido, 3 cm. longo) late 1-
sulcatis. *Limbis* coriaceis, opacis, dilute viridibus, subtus pallidio-
ribus, utrinque parce fusco punctatis; ambitu late ellipticis, basi
vix acutis, apice obtusis, 35-40 cm. longis, 25-30 cm. latis, 7-9-ner-
viis; *nervo medio* utrinque prominente, subtus convexo, supra
angulato, cum 2 basalibus intimis in apice desinente reliquis gra-
datim inferius in marginem confluentibus; omnibus per nervulos II
transversos patentes, approximatos, subparallelos vicissim coniunc-
tis; *pedunculo* (adhuc invenculo) gracili, quam pedunculus du-plo
breviore; *spatha* lineari lanceolata, 10-12 cm. longa vix 10 mm. lata,

basi oblique inserta, apice acuminata et convoluta, ut spadia dilute flavido-vivescente; *spadice* (nondum evoluto) breviter stipitato, 12-15 cm. longo, 6-7 mm. crasso, cylindrico, armato, obtuso.

(D. i. sp: viv).

Crescit in silv. tropicalib. andium occid. prp. "La Palma".

2. *Limbs basi cordatis, 7-pli-9-pli-nerviis.* = *A. ovatifolium Engl.*

4. **A. Engleri:** *Caule* brevi, erecto crasso, *internodiis* brevissimis; *cataphyllis* triangulari-lanceolatis, 15-20 cm. longis, tenuibus, mature in fibras reticulatas resolutis; *petiolis* basi subcontiguis, intus breviter auriculatim vaginatis, robustis, erectis, rigidis, 35-40 cm. longis, ab latere parum compressis, dorso rotundatis, antice (cum geniculo crasso, 2½-3 cm. longo) late obtuseque 1-sulcatis; *limbis* coriaceis opacis, supra laete viridibus, subtus pallidioribus, utrinque (subtus densius) fusco-punctatis, e basi ovata ⁺profunde cordata et asymetrica a triente inferiore versus apicem obtusum gradatim (linea curva) angustatis, latitudine sua duplo v. subtriplo longioribus, *petiolis* aequantibus v. iis parum brevioribus, 7-pli-nerviis; *nervo centrali* utrinque exerto et rotundato, cum binis intimis in apicem apiculatum confluentem, 2 intermediis parum infra apicem 2 exterioribus ad ½ limbi partem in margine desinentibus, omnibus per nervulos II transversos densos, patentes, parallelos, cum III tenuioribus alternantes, vicissim coniunctis, *pedunculo* (in specimine ad huc invenculo) quam *petiolus* subduplo brevior, *gracili spatha* herbaceo-papyracea, 6-8 cm. longa, vix 1-cm. lata, lineari, ad apicem abrupte acuminato subulata, basi antice, breviter decurrente, *Spadice* breviter stipitato, sub anthesi 10-12 cm. longo, 6-7 mm, crasso, cylindrico, apice obtuso. (D. i. sp. viva).

Crescit cum praecedente.

= *A. ovatifolium Engl.*

5. **A. rhodostachyum;** *caule* brevi, erecto, valde crasso; *internodiis* brevibus; *cataphyllis* triangulari-lanceolatis, 20-25 cm. longis, mox in fibras reticulatas resolvendis; *petiolis* subcontiguis, erectis robustis, 45-50 cm. longis, basi incrassatis et intus, breviter vaginatis, ab latere parum compresso dorso rotundatis, antice, cum geniculo crasso, 5-6 cm. longo; late obtuseque—sulcatis; *limbis* dense coriaceis opacis, utrinque (cum *petiolis* *pedunculisque*) fusco-punctatis, supra intense viridibus, subtus pallidioribus, 40-45 cm. longis, 25-30 cm. latis, e basi cordata ovatis, apice lobisque basalibus divergentibus obtusis, 9-v. 9-pli-nerviis; *nervis* subtus, conspicue prominentibus convexis, supra, praeter centram rotundatam immersis; *nervo centrali* cum 2 intimis apice limbi in glandulam desinentibus, ceteris gradatim inferius in margine terminatis; omnibus per nervos II remotos patentes subparallelos, cum III

tenrioribus alternantes coniunctis; *pedunculo* erecto, robusto, quam *petiolus* plerumque paulo brevior; *spatha* papyraceo-herbacea rubescente, stipiti oblique adfixa, antice aperta (stipitem nudante) in petiolum decurrente; *spadice* erecto, cylindrico, apice obtuso rubente sub anthesi 18-20 cm. longo 10-12 mm. crasso, fructifero 25...cm longo, 2-2½ cm crasso et longius stipitato; *tepales* (fructiferis) elongatis, roseo-purpureis; *bacca* ovato-lanceolata, dilute rosea, in stylum purpureum elongatum producta.

Crescit cum duabus praecedentibus.

Speciei postremae affinis et forte altera alterius varietas, sed haec omnibus partibus maior; *petiolis* quam limbi longioribus, limbis basi conspicue profundius cordatis, pro longitudine latioribus et evidentius 9-plex-nerviis; *pedunculo*, *spatha* et *spadice* longioribus.

II. ATROVIRIDIA

Foliis, cum *spatha* et *spadice* utrinque saturate viridibus.

1. *Petiolis* ab latere + compressis, antice (geniculoque) 1-sulcatis.

— = *A. ovati folium Engl.*
6. A. Söderströmii; *caudice* crasso, brevi, erecto; *internodiis* brevibus; *cataphyllis* 20—25 cm. longis, triangulari-lanceolatis, acutis, coriaceis, nigrescentibus, sero resolvendis; *petiolis* 35—40 cm. longis, robustis, basi breviter vaginatis, alatere parum compressis, dorso subrotundis, antice (geniculoque tumido 3—4 cm. longo) late obtuseque 1-sulcatis, cum limbis utrinque nigro-punctatis; *limbis* crasse coriaceis atro viridibus nitentibus, utrinque, cum *petiolis* *pedunculisque*, nigro-punctatis, ambitu ovatis, basim versus obliquato-inaequilateris, 30—40 cm. longis, 18—24 cm. latis, 7-nerviis; *nervo centrali* utrinque prominente, rotundato, ceteris supra impressis, subtus prominulis, 2 intimis cum centrali in apicem glanduliferum confluentibus, reliquis gradatim inferius in margine desinentibus, omnibus per nervulos transversales, patulos, subparallelos, cum tenrioribus alternantes coniunctis; *pedunculo* quam *petiolus* brevior, subancipite, leviter striato; *spatha*, late linearilanceolata, subcoriacea, basi obiter angustata et antice breviter decurrente, apice angustato et convoluto; *spadice* breviter (3-5mm) stipitato, cylindrico, apice obtuso, subanthesi 12—14 cm. longo, 10—12 mm. crasso, atro-virente.—(fructifer ignotus.) (D. i.sp.viv.)

Crescit in silv. occid. m. *Pichincha* versus Nanegal et Gualea.

Legit. LUD. SÖDERSTRÖM, Consul brittan. Quiti.

= *A. ovati folium Engl.*

7. **A. ellipsoideum**, *caudice* breviter scandente, erecto, robusto (5—6cm. alto, 5—6 cm. crasso); *internodiis* 1½—2cm. longis,

cataphyllis dense coriaceis, 20—25 cm. longis, sero in fibras resolvendis; *petiolis* robustis, rigidis, longiuscule (6—8 cm.) vaginatis, 35-45 cm. longis, 1- $\frac{1}{2}$ cm. crassis creberrime nigro punctatis, striatis, ab latere conspicue compressis, dorso carinatis, antice profunde et anguste sulcatis, lateribus sulci introrsum planis, extrorsum argute carinatis; geniculo crasso, 4-5 cm. longo. *Limbis* dense coriaceis, utrinque saturate viridibus, nitentibus supra impresso—subtus der. nigro—punctatis, ambitu ovali-ellipticis, \pm asymmetricis, basi inaequaliter cuneatis, picea obtusis, 45-50 cm. longis, 24-28 cm. latis, 7 (v. obscure) 9-nerviis; *nervo centrali* utrinque prominente, subtus rotundato supra angulato; lateralibus subtus prominulis, supra immersis; 2 intimis, cum centrali in limbi apicem (glandula nigra exerta notatum) confluentibus, 2 intermediis parum infra apicem, 2 extimis ad $\frac{1}{3}$ inferiorem in margine evanescentibus; omnibus per nervulos II, transversos, subparallelos erecto-patentes vicissim coniunctis; *pedunculo* crasso, sub ancipite, striato, quam petiolus $\frac{1}{3}$ brevior; *spatha* subcoriacea atroviridi, 12-15 cm. longa (ad $\frac{1}{4}$ inferiorem) 4 cm. lata, deorsum constricta in pedunculum decurrente, sursum angustata et in apicem cucullatum producta *spadice* breviter (4-5 mm) stipitato, per anthesim (cum stipite atro-viridi, cylindrico, apice obtuso v. breviter mucronato, spatham breviter superante (fructifer ignotus).

Crescit cum precedente.

Species, magnitudine et numero foliorum (in specim. 12) diu perenantium inter ceteras huius sectionis insignis.

2. *Petiolis* geniculis, pedunculisque teretibus v. antice obiter complanatis; *limbis* latitudine sua parum longioribus. = *A. ovatifolium* Engl.


8. *A. ovatum*; *caudice* erecto v. ascendente, crassiusculo; *internodiis* 2-3 cm. longis aequae ac crassis; *cataphyllis* subcoriaceis, lanceolatis, acutis, *petiolis* arcte adpressis, 15-20 cm. longis, mature resolvendis; *petiolis* erectis, rigidis, gracilibus, limbos superantibus, cylindricis v. cum geniculis, antice obiter complanatis, basi intus breviter vaginatis; *geniculo* 3 cm. longo; *limbis* dense papyraceis v. coriaceis, opacis, atro-viridibus, subtus pallidioribus et nigropunctatis, ambitu ovatis asymmetricis, basi acutis, apice obtusis, 25-30 cm. longis, 20-25 cm. latis, 7-v. obscure 9-nerviis; *nervo centrali* utrinque prominente convexo, lateralibus et II supra immersis subtus prominulis; 2 lateralibus intimis cum centrali in apicem glandula nigra apiculatum confluentibus, externis gradatim inferius in margine evanescentibus; utrisque per nervulos II transversos, subparallelos, approximatos, cum III alternantes coniunctis; *pedunculo* petiolum aequante, graciliore, erecto rigido; *spatha* (in specimine basi tantum superstite) basi valde oblique adfixa antice aperta et longe in stipitem decurrente; *stipite* gracili 8-10 mm. longo; *spadice* (fructifer tantum notus) erecto, cylindrico, obtuso,

20 cm. longo, 15 mm. crasso, atro-virente: *lepalis* latitudine sua plus duplo longioribus; *bacca* (nondum matura) ovali-oblonga, stylo elongato ultra petala producta.

Crescit in silv. subtropical. prope "Gualea".

Species *A. oratijolio* Engl. (*Beitrag zur Kenntnis der Araceae VIII p. 437*) proxima, a quo differt limborum basi in petiolum producta (minime cordata) et nervis I lateralibus in pagina inferiore iam a basi liberis.

ALOISIO SODIRO, S. J.



CATÁLOGO DE LOS PECES DE CHILE

POR EL

Doctor FED. T. DELFIN

Naturalista adjunto del Museo de Historia Natural de Valparaíso.

(Continuación).

FAM. NOTIDANIDAE

J. NOTIDANUS.

Notidanus, *Cuvier* (1817).

Hexanchus et *Heptanchus*, (*Mull. et Henl.* (1840).

Monopterrhinus (part) *Blainville* (1828).

226. *N. VULGARIS*, *Perez C., Est. sobr. alg. Esc. de Chile*, p. 8 (1886); *Phil. An. Mus. de Chile*, p. 22 (1887), *Lám. VI. fig. 1.*

Se le conoce con el nombre vulgar de *tiburón*, El M. V. posee los dos únicos ejemplares conocidos de esta especie.

227. *N. (HEPTANCHUS) FERON*, *Perez C., Est. sobre. alg. Esc. de Chile*, p. 7 (1886); *Phil. An. Univ. de Chile.*

FAM. SCYLLIIDAE

M. & H., Syst. Plag. (1840); *Gthr. Cat.* (1870); *Martinez i Saez, Distr. met. Vertebr.* (1870).

J. SCYLLIUM

Acyllium sp. *Cuv. Regne Anim* (1879).

— *M. & H. p. 3* (1840); *Gthr. Cat. Fish*, VIII, p. 400 (1879); *Martinez i Saez, Distr. met. Vertebr.* p. 356 (1879).